Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Gefördert durch
DFG Deutsche Forschungsgemeinschaft

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

'DFG-Projekt "Personales Gelegenheitsschrifttum in der SuUB Bremen (16. bis 19. Jhd.). Digitalisierung und Erschließung."

Rector & Professores P. Illustris Scholæ Bremensis Lectori S.

Schumacher, Rebecca Gerdruth

[Erscheinungsort nicht ermittelbar], 1745-08-05

VD18 90467477

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Signatur: brem.a.0619-54

urn:nbn:de:gbv:46:1-181115

Visual Library

RECTOR & PROFESSORES P.
ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS
LECTORI S.

Judæorum magiſtri quoties omni virtutis genere conſpicuam, omnique adeò laude digniſſimam Fœminam, breviter ſed nervoſe deſcribere volunt, dicere conſueverunt [illegible] *idonea eſt conjugio Sacerdotali!* Non id quidem ex nimiâ atque invidioſâ hujus ordinis veneratione profectum eſſe cenſeri debet, ſed ex ipſâ potius Lege divinâ originem repetit. Requirebat enim ipſe Legiſlator Iſraëlis ſingularem in conjugibus Sacerdotum Sanctitatem, eâmque ob cauſam, cùm omnibus Iſraëlitis, cujuscunque etiam eſſent ordinis, omnis generis conjugia, (exceptis tantùm cum alienigenis, aut quibusdam iisdem oriundis) permitteret, illis contra *ſcortatas, profanatas, aut quæ labe quadam notatæ, aut in ejus tantum ſuſpicionem venerant* eâmque ob cauſam dimiſſæ erant, ducere ſeverè interdixerat, quò LEX LEV. XXI. 7. propriè tendit, additâ ſimul hac ratione, *quòd Sancti eſſent Deo ſuo.* Non tantùm faciebat hoc ad priſcorum illorum cultûs umbratilis adminiſtrorum decus dignitatémque tuendam, ſed & quemadmodum hi imaginem gerebant tam generatim *Regii illius Sacerdotii* 1 PET. II. 9. credentium Novi Fœderis, quos *Chriſtus Sacerdotes fecit Deo & Patri ſuo* APOC. I. 5. quàm ſigillatim eorum, qui Sacris ſub meliori œconomiâ operantur, *& alios quoque Deo ut fertum purum adducunt*, JES. LXVI. 20. 21. ita non ſolùm illi ſine diſcrimine hoc ipſo erudiuntur, qualem ſibi præcipuè vitæ ſociam quærere debeant, ut nubere queant in Domino, 1 COR. VII. 39. ſed hi inprimis ſe eo admonitos reputare debent, qualem ſibi jungere ipſius muneris quod ſuſtinent, ratio atque dignitas exigat. Hinc in CONSTITUTIONIBUS quæ vulgò APOSTOLICÆ dicuntur, & licèt ab ipſis Apoſtolis minùs rectè credantur profectæ eſſe, canæ tamen ſunt antiquitatis, Lib. VI. Cap. XVII. non ſolum Lex illa ſecundùm literam eò adplicatur, ſed & ejus præcipuus ſcopus atque intentio, occaſione verborum Pauli 1 TIM. III. 4. inter illa, in quæ, antequam Epiſcopus & omnis ordinis clericus muneri inauguretur, ſedulò inquiri debeat, recenſetur Lib. II. Cap. II. [illegible] *Ita autem exploretur, cùm manuum impoſitionem accipiens, in Epiſcopatûs loco conſtituitur, utrum ſit gravis, fidelis & compoſitus:* UTRUM UXOREM HONESTAM ET FIDELEM HABEAT AUT HABUERIT. Certè ſi ullius, hujus quàm maximè intereſt ea Conjuge gaudere. Hæc enim ut perpetua, quamdiu fata ſinunt, vitæ comes, non ſolùm hujus æquè ac laboris tædia atque moleſtias multis modis lenire virúmque ſublevare, ſed & *in ipſis functionibus illi adjumento* eſſe plus unâ ratione poteſt, quod meritò inter fructus, à piâ uxore exſpectandos, numerat, & celebratiſſimæ in Novi Fœderis tabulis PRISCILLÆ exemplo confirmat CHRYSOSTOMUS *Libr. de Virginit.* cap. XLVII. Hujus junctâ operâ atque precibus, non parum promoveri poteſt, quod in Epiſcopo iterum flagitat GENTIUM DOCTOR 1 TIM. III. 4. [illegible] *liberos in ſubjectione cum omni honeſtate.* Quin & hæc non minùs quàm maritus ipſe aliis & inprimis cœtûs memoris laudabili exemplo præire, & ad ſanctitatis ſtudium proſequendum inſigni incitamento eſſe poteſt. Quò felicior autem reputandus eſt Verbi Divini Adminiſter, cui talis Divinâ Providentiâ obtigit ſocia, tantò acerbior ſine dubio eiusdem jactura eſſe debet, inprimis quando illâ ætate contingit, quæ ejus adjutricem operam adhuc maximè requirere videbatur. At uti debita agnitio liberrimæ, ſanctiſſimæ, imò ſua omnia in bonum convertentis voluntatis ſupremi Domini, cui ſe totum mancipavit, ipſi ſemet piè ſubmittere jubet, ita vel ipſæ invidendæ dotes, quarum contemplatio, dolorem præcipuè exaſperare videtur, eundem maximè mitigare valent, cùm hæ indubiam ſpem ſuggerant digniſſimum tenerrimi amoris objectum, ad meliorem vitam tranſlatum eſſe, ſicque vel lætari licere, ut de Petro Apoſtolo, cùm uxorem ſuam ad mortem duci videret, refert CLEMENS ALEXANDRINUS *Strom.* Lib. VII. cap. 312. [illegible] *ob vocationem & in domum reductionem.* Hæc veri ſolatii principia rara eſſe jubeat omnis conſolationis fons, ad dejectum juſtiſſimo mœrore Viri *admodum Vener.* atque *Doctiſſ.* HERMANNI HENRICI SCHUMACHERI animum erigendum! qui *Nobiliſſimam* & cùm innumeris aliis prærogativis, tum *his inprimis quas deſcripſimus, animi dotibus abundantiſſimè exornatam Conjugem* REBECCAM GERTRUDEM MEIERAM, hodie efferre cogitur. Obtigerant illi A. MDCCXVII. a. d. XXVI. Maji ſplendidiſſimi natales, *Patre* enim, nata eſt, *Viro perquam Magnifico, Nobiliſſimo* atque *Conſultiſſimo* DIDERICO MEIERO, JCto *eminentiſſimo, Conſule Remp. novis indies meritis ſibi devinciente, Scholæque conſtituendæ Duumviro graviſſimo*, quem Deus Patriæ quàm longiſſimè ſuperſtitem eſſe jubeat! *Matre, Nobiliſſimâ & pientiſſimâ Matronâ*, METTA BENDELEBEN. *Avus Paternus* erat Vir *Nobiliſſ. Ampliſſ.* atque *Conſultiſſ.* GERHARDUS MEIERUS, U. J. D. & *Senator de eadem Repub. optimè meritus. Avia, Nobiliſſ.* atque *Præſtantiſſ. Matrona* ALMATHA VON CAPPELN, *Magnifici Conſulis* DIDERICI VON CAPPELN & (T. T.) GEBECCÆ WACHMANNÆ filia. *Proavus*, (T. T.) ARNOLDUS MEIERUS, *Magnarius ex præcipuis & Spectabil. Collegii Seniorum membrum. Proavia*, (T. T.) ANNA NEUMANNIA, (T. T.) EBERHARDO NEUMANNO, Mercatore integerrimo, & (T. T.) ANNA NAGELIA, nata. *Abavus*, (T. T.) GERHARDUS MEIERUS, *Magnarius* itidem *honeſtiſſimi ordinis. Abavia* (T. T.) METTA VERDENHALVEN, (T. T.) JOHANNIS VERDENHALVEN, *Senatoris Meritiſſimi in Wildeshauſen*, & (T. T.) WENDELIÆ HAKEN filia. *Maternum avum*, nacta erat *Virum Nobiliſſ. & Ampliſſ.* CHRISTOPHORUM BENDELEBEN, *Magnarium feliciſſimum*, primùm *Spectabili Seniorum Collegio*, dein autem *Ampliſſimo Procerum Ordini* adſcriptum, nec non ad D. Virg. Ædilem. *Aviam, Nobiliſſ.* METTAM ELDERHORST, (T. T.) HENRICI ELDERHORST, *Mercatoris famigeratiſſimi*, & (T. T.) REGINÆ EHLERS filiam. *Proavum*, (T. T.) JOHANNEM BENDELEBEN, ex præcipuis Negotiatoribus Jeveranis, *Proaviam*, ejuſdem ordinis Viri (T. T.) JOHANNIS HOHTMAKERI, filiam ERMEGARDEM HOHTMAKERAM. *Abavum*, Virum *plur. Reverendum* CHRISTOPHORUM BENDELEBEN, Verbi divini adminiſtrum in *Wieſels* tractûs Jeverani, filium Viri itidem *Venerandi* JOHANNIS BENDELEBEN, *Paſtoris in Tettens.* Ab optimis Parentibus piè defuncta, indè à teneris unguiculis ſollicitè educata, omnique generis virtutibus tenerior mens imbuta eſt. Licèt autem, quæ hanc præcipuam ſuam curam fecerat, pia mater illi accelerato fato jam A. MDCCXXVII. a. d. 6. Aug. ſurriperetur, provida tamen Dei cura jacturam hanc abundè reparavit. Nobiliſſimâ noſtrisque laudibus majore Matronâ METTA SCHÖNEA, Viri *Nobiliſſ.* atque *Conſultiſſ.* JOHANNIS SCHÖNEI, U. J. D. ac Advocati Integerrimi, & *Nobiliſſ. Ornatiſſimæque Matronæ* METTÆ HARMSENIÆ unicâ filiâ, quæ Magnifico Parenti feliciſſimo connubio A. MDCCXXVIII. a. d. XXVI. Oct. juncta, nihil eorum quæ à veri nominis matre exſpectari poterant, reliquum fecit. Succeſſit tam feliciter quæ illius educationi impendebatur cura, ut, ſive melliros mores, ſive ſolidam Dei & viarum ejus cognitionem, ſive minimè fucatam & in omnibus actionibus reſplendeſcentem pietatem, & quicquid Chriſtianarum virtutum eſt, ſpectes, (ut externas prærogativas taceam) mox inter præcipua ſexûs ſui decora atque ornamenta numeraretur. Advertebat hoc animum Viri *perquam Reverendi* atque *Doctiſſimi* HERMANNI HENRICI SCHUMACHERI, SS. Th. D. & ad *Æd. D. Angarii V. D. Miniſtri Digniſſimi, fideliſſimi*, ut eam ſibi tori ſociam expeteret, qui & hujus felicitatis A. MDCCXXXVIII. a. d. XXV. Jul. compos redditus, cum illâ concorditer admodum vixit, & quinque ex eadem ſuaviſſimos liberos ſuſcepit 1. *Albertum*, ſextæ claſſis diſcipulum. 2. *Mettam*. 3. *Didericum*. 4. *Gesam Margaretham*, & 5. *alteram* ejuſdem nominis, poſtquam prior jam a. d. 1. Jun. 1744. deceſſiſſet, quâ exceptâ, reliqui omnes in hunc diem divinâ gratiâ adhuc ſuperſunt. Quas modò in beatè defunctâ vidimus animi dotes, per totam vitam exſeruit, in ſcrutando tam publicè quàm privatim verbo divino, in precibus, omnibúsque pietatis exercitiis aſſidua, domui quidem omnibus modis ſedulò proſpiciens, ſed mundum & mundanas delicias ſemper faſtidiens, modeſtiæ in aliarum exemplum ſtudioſa, plena charitatis in omnes, munificentiæ in egenos. Non mirum itaque, quòd non ſuis tantùm, ſed omnibus, quibus eam propiùs noſſe contigit, in deliciis eſſet, nemóque non illi longiſſimam vitam precaretur. Verùm irrita hæc vota immutabile illius conſilium reddidit, in cujus libro omnes dies noſtri, antequam eorum unus fuit, ſcripti ſunt. Etſi enim à primâ juventute videbatur valetudine proſperâ frui, nec periculoſos unquam experta erat morbos, ultimis tamen vitæ ſuæ annis, variis febrilibus morbis impetita, hisque ſuccus nutritius pedetentim exhauſtus eſt, unde tanta virium debilitatio oriebatur, ut ante XXXVI. circiter hebdomadas lecto adfigeretur. Et licèt earum aliquot elapſis, ultimam eâmque ſatis vegetam prolem feliciter eniteretur, hócque non exiguam reſtitutionis ſpem ſuppeditare videretur, priores tamen illi moleſtique morbi non ſolùm vires recuperabant, ſed & jam in continuam hecticámque febrim degenerabant, proſtratóque penitus appetitu, graviſſima tuſſis, infarctus, inſomnes noctes crebrǽque lypothymiæ accedentes, omnémque opem medicam eludentes, maximam de vitâ ejus ſollicitudinem omnibus, præterquam illi ſoli, injiciebant, utpote quæ hic novum patentiſſimúmque exſerendæ fidei, ſpei atque fiduciæ campum nacta, & nec vitæ pertæſa nec mortem reformidans, in Supremi Domini ſui voluntate unicè acquieſcebat, editis ubique, etiam in graviſſimis corporis incommodis, miris Chriſtianæ patientiæ, animique piè obfirmati documentis. Sic tandem nupero Jovis die, V. labentis menſis, circa quintam matutinam, exactis tantùm XXVIII. annis cum duobus menſibus & X. diebus, placidè exſpiravit, atque ut digniſſima Miniſtri Novi Fœderis Conjux, & piè vivendi & beatè moriendi, luculentiſſimum inſtar præbuit! Recipiet hodie inſtitutis honeſtiſſimis exſequiis, tumulus in æde D. Angarii oſſa, ſub indubiâ melioris vitæ ſpe, in glorioſum Domini adventum, adſervanda. V. P. P. Bremæ a. d. IX. Auguſti cIↃIↃCCXLV.

1745. 89

54.

RECTOR & PROFE
ILLUSTRIS SCHOLÆ BR
LECTORI S.

Judæorum magiſtri quoties omni virtutis genere conſpicuam
breviter ſed nervose deſcribere volunt, dicere conſueverunt
ordinis veneratione profectum eſſe cenſeri debet, ſed ex ipsâ
bus Sacerdotum Sanctitatem, eámque ob cauſam, cùm omnibus
nigenis, aut quibusdam iisdem oriundis) permitteret, illis contra
ob cauſam dimiſſæ erant, ducere ſeverè interdixerat, quò Lex Lev. XXI.
ciebat hoc ad priſcorum illorum cultûs umbratilis adminiſtrorum
illius Sacerdotii 1 Pet. II. 9. credentium Novi Fœderis, quos
œconomiâ operantur, & *alios quoque Deo ut fertum purum adducant*, Jes. LXVI.
vitæ ſociam quærere debeant, ut nubere queant in Domino, 1 Cor. VII. 39. ſed hi inprimis ſe
tas exigat. Hinc in CONSTITUTIONIBUS quæ vulgò APOSTOLICÆ dicuntur, & licèt ab ipſis
non ſolùm Lex illa ſecundùm literam eò adplicatur, ſed & ejus præcipuus ſcopus atque intentio,
clericus muneri inauguretur, ſedulò inquiri debeat, recenſetur Lib. II. Cap. II. Οὕτω γὰρ δοκιμα
μιος· εἰ γυναῖκα σεμνὴν καὶ πιστὴν ἔχοι, ἢ ἔσχηκεν. *Ita autem exploretur, cùm manuum impoſitionem accipere*
NESTAM ET FIDELEM HABEAT AUT HABUERIT. Certè ſi ullius, hujus quàm maximè intereſt tali
æquè ac laboris tædia atque moleſtias multis modis lenire virúmque ſublevare, ſed & *in ipſis*
ctandos, numerat, & celebratiſſimæ in Novi Fœderis tabulis PRISCILLÆ exemplo confirmat CHRYSOSTOMUS
rum promoveri poteſt, quod in Epiſcopo iterum flagitat GENTIUM DOCTOR 1 Tim. III. 4.
& hæc non minùs quàm maritus ipſe aliis & inprimis cœtûs membris laudabili exemplo præire,
putandus eſt Verbi Divini Adminiſter, cui talis Divinâ Providentiâ obtigit ſocia, tantò acerbior
operam adhuc maximè requirere videbatur. At uti debita agnitio liberrimæ, ſanctiſſimæ, imò
met piè ſubmittere jubet, ita vel ipſæ invidendæ dotes, quarum contemplatio, dolorem præcipue
ſimum tenerrimi amoris objectum, ad meliorem vitam translatum eſſe, sicquè vel lætari liceat,
DRINUS *Strom.* Lib. VII. cap. 312. τῆς κλήσεως χάριν καὶ τῆς εἰς οἶκον ἀνακομιδῆς *ob vocationem & in*
ctum juſtiſſimo mœrore Viri *admodum Vener.* atque *Doctiſſ.* HERMANNI HENRICI SCHUMACHERI
mis quas deſcripſimus, animi dotibus abundantiſſimè exornatam Conjugem REBECCAM GERTRUDEM MEIERAM,
didiſſimi natales, *Patre* enim, nata eſt, *Viro perquam Magnifico, Nobiliſſimo* atque *Conſultiſſimo* DIDERICO MEIERO
Scholæque conſtituendæ Duumviro graviſſimo, quem Deus Patriæ quàm longiſſimè ſuperſtitem eſſe jubeat. *Matre*,
erat Vir *Nobiliſſ. Ampliſſ.* atque *Conſultiſſ.* GERHARDUS MEIERUS, U. J. D. & *Senator de omni*
PELN, *Magnifici Conſulis* DIDERICI VON CAPPELN & (T. T) GEBECCÆ WACHMANN filia. Proavus,
Collegii Seniorum membrum. Proavia, (T. T.) ANNA NEUMANNIA, (T. T.) EBERHARDO NEUMANNO,
(T.T.) GERHARDUS MEIERUS, *Magnarius* itidem *honeſtiſſimi ordinis* *Abavia* (T.T.) METTA VERDENHAL
Wildeshauſen, & (T.T.) WENDELIÆ HAKEN filia. *Maternum avum*, nacta erat *Virum Nobiliſſ. & Ampliſſ.* CHRIS
bili Seniorum Collegio, dein autem *Ampliſſimo Procerum Ordini* adſcriptum, nec non ad D. Virg.
Mercatoris famigeratiſſimi, & (T. T.) REGINÆ EHLERS filiam. *Proavum*, (T. T.) JOHANNEM BENDELEBEN
Viri (T.T.) JOHANNIS HOHTMAKERI, filiam ERMEGARDEM HOHTMAKERAM. *Abavum*,
in *Wiefels* tractûs Jeverani, filium Viri itidem *Venerandi* JOHANNIS BENDELEBEN, *Paſtoris in*
generis virtutibus tenerior mens imbuta eſt. Licèt autem, quæ hanc præcipuam ſuam curam faciebat,
Dei cura jacturam hanc abundè reparavit, Nobiliſſimâ noſtrisque laudibus majore Matronâ METTA SCHENA,
Integerrimi, & *Nobiliſſ. Ornatiſſimæque Matronæ* METTÆ HARMSENIÆ unicâ filiâ, quæ Magni
nominis matre exſpectari poterant, reliquum fecit. Succeſſit tam feliciter quæ illius educationi
minimè fucatam & in omnibus actionibus reſplendeſcentem pietatem, & quicquid Chriſtianarum
ornamenta numeraretur. Advertebat hoc animum Viri *perquam Reverendi* atque *Doctiſſimi* HERMANNI HENRICI
Digniſſimi, fideliſſimi, ut eam ſibi tori ſociam expeteret, qui & hujus felicitatis A. MDCCXXXV
ſuaviſſimos liberos ſuſcepit 1. *Albertum*, ſextæ claſſis diſcipulum. 2. *Mettam*. 3. *Didericum*. 4.
ceſſiſſet, quâ exceptâ, reliqui omnes in hunc diem divinâ gratiâ adhuc ſuperſunt. Quas modò in
vatim verbo divino, in precibus, omnibúsque pietatis exercitiis aſſidua, domui quidem omnibus
rum exemplum ſtudioſa, plena charitatis in omnes, munificentiæ in egenos. Non mirum itaque,
mòque non illi longiſſimam vitam precaretur. Verùm irrita hæc vota immutabile illius conſilium
à primâ juventute videbatur valetudine proſperâ frui, nec periculoſos unquam experta erat morbos
tentim exhauſtus eſt, unde tanta virium debilitatio oriebatur, ut ante XXXVI. circiter hebdomadas
citer eniteretur, hócque non exiguam reſtitutionis ſpem ſuppeditare videretur, priores tamen illi
degenerabant, proſtratóque penitus appetitu, graviſſima tuſſis, infarctus, inſomnes noctes crebe
ſollicitudinem omnibus, præterquam illi ſoli, injiciebant, utpote quæ hìc novum patentiſſimúmque
dans, in Supremi Domini ſui voluntate unicè acquieſcebat, editis ubique, etiam in graviſſimis
dem nupero Jovis die, V. labentis menſis, circa quintam matutinam, exactis tantùm XXVIII. ann
deris Conjux, & piè vivendi & beatè moriendi, luculentiſſimum inſtar præbuit! Recipiet hodie
ſpe, in glorioſum Domini adventum, adſervanda. V. P. P. Bremæ a. d. IX. Auguſti cIↄIↄccXLV

OFESSORES P.
LÆ BREMENSIS
DRI S.

tere conſpicuam, omníque adeò laude digniſſimam Fœminam,
הגנת להנשא *idonea eſt conjugio Sacerdotali!* Non id quidem ex nimiâ atque invidiosâ hujus
Lege divinâ originem repetit. Requirebat enim ipſe Legislator Iſraëlis ſingularem in conjugi-
aëlitis, cujuscunque etiam eſſent ordinis, omnis generis conjugia, (exceptis tantùm cum alie-
eratas, profanatas, aut *quæ labe quadam notatæ*, aut *in ejus tantùm ſuſpicionem venerant* eámque
XXI. 7. propriè tendit, additâ ſimul hac ratione, *quòd Sancti eſſent Deo ſuo.* Non tantùm fa-
ecus dignitatémque tuendam, ſed & quemadmodum hi imaginem gerebant tam generatim *Regii*
us Sacerdotes fecit Deo & Patri ſuo Apoc. I. 5. quàm ſigillatim eorum, qui Sacris ſub meliori
, Jes. LXVI. 20. 21. ita non ſolùm illi ſine diſcrimine hoc ipſo erudiuntur, qualem ſibi præcipuè
dmonitos reputare debent, qualem ſibi jungere ipſius muneris quod ſuſtinent, ratio atque digni-
Apoſtolis minùs rectè credantur profectæ eſſe, canæ tamen ſunt antiquitatis, Lib. VI. Cap. XVII.
ccaſione verborum Pauli 1 Tim. III. 4. inter illa, in quæ, antequam Epiſcopus & omnis ordinis
ω, ὁπότ' αὐτὴν χειροτονίαν λαμβάνων καθίσαται ἐν τῷ τόπῳ τῆς ἐπισκοπῆς, ἐι ἐςι σεμνὸς, πιςὸς, καὶ κόσ-
ens, in Epiſcopatûs loco conſtituitur, utrum ſit gravis, fidelis & compoſitus: UTRUM UXOREM HO-
onjuge gaudere. Hæc enim ut perpetua, quamdiu fata ſinunt, vitæ comes, non ſolùm hujus
alibus illi adjumento eſſe plus unâ ratione poteſt, quod meritò inter fructus, à piâ uxore exſpe-
RYSOSTOMUS *Libr. de Virginit.* cap. XLVII. Hujus junctâ operâ atque precibus, non pa-
contineat τέκνα ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος, *liberos in ſubjectione cum omni honeſtate.* Quin
ad ſanctitatis ſtudium proſequendum inſigni incitamento eſſe poteſt. Quò felicior autem re-
e dubio ejusdem iactura eſſe debet, inprimis quando illâ ætate contingit, quæ ejus adjutricem
s omnia in bonum convertentis voluntatis ſupremi Domini, cui ſe totum mancipavit, ipſi ſe-
xaſperare videtur, eundem maximè mitigare valent, cùm hæ indubiam ſpem ſuggerant digniſ-
Petro Apoſtolo, cùm uxorem ſuam ad mortem duci videret, refert CLEMENS ALEXAN-
num reductionem. Hæc veri ſolatii principia rata eſſe jubeat omnis conſolationis fons, ad deje-
HERI animum erigendum! qui *Nobiliſſimam* & cùm innumeris aliis prærogativis, tum *bis inpri-*
DEM MEIERAM, hodiè efferre cogitur. Obtigerant illi A. MDCCXVII. a. d. xxvi. Maji ſplen-
DIDERICO MEIERO, JCto *eminentiſſimo, Conſule Remp. novis indies meritis ſibi devinciente,*
jubeat! *Matre, Nobiliſſimâ & pientiſſimâ Matronâ,* METTA BENDELEBEN. *Avus Paternus*
Repub. optimè meritus. Avia, Nobiliſſ. atque *Præſtantiſſ. Matrona* ALMATHA von CAP-
NÆ filia *Proavus,* (T. T.) ARNOLDUS MEIERUS, *Magnarius ex præcipuis & Spectabil.*
O NEUMANNO, Mercatore integerrimo, & (T. T.) ANNA NAGELIA, nata. *Abavus,*
TA VERDENHALVEN, (T. T.) JOHANNIS VERDENHALVEN, *Senatoris Meritiſſimi* in
ſſ. & *Ampliſſ.* CHRISTOPHORUM BENDELEBEN, *Magnarium feliciſſimum,* primùm *Specta-*
Ædilem. *Aviam, Nobiliſſ.* METTAM ELDERHORST, (T.T.) HENRICI ELDERHORST,
NEM BENDELEBEN, ex præcipuis Negotiatoribus Jeveranis, *Proaviam,* ejuſdem ordinis
n, Virum *plur. Reverendum* CHRISTOPHORUM BENDELEBEN, Verbi divini adminiſtrum
ettens. Ab optimis Parentibus piè defuncta, inde à teneris unguiculis ſollicitè educata, omníſque
bat, pia mater illi accelerato fato jam A MDCCXXVII. a. d. 6. Aug. ſurriperetur, provida tamen
TA SCHöNEA, Viri *Nobiliſſ.* atque *Conſultiſſ.* JOHANNIS SCHöNEI, U. J. D. ac Advocati
ico Parenti feliciſſimo connubio A. MDCCXXVIII. a. d. xxvi. Oct. juncta, nihil eorum quæ à veri
npendebatur cura, ut, ſive mellitos mores, ſive ſolidam Dei & viarum ejus cognitionem, ſive
rtutum eſt, ſpectes, (ut externas prærogativas taceam) mox inter præcipua ſexûs ſui decora atque
RMANNI HENRICI SCHUMACHERI, SS. Th. D. & ad *Æd. D. Ansgarii V. D. Miniſtri*
II. a. d. xxv. Jul. compos redditus, cum illâ concorditer admodum vixit, & quinque ex eadem
ſam Margaretham, & 5. *alteram* ejusdem nominis, poſtquam prior jam a. d. 1. Jun. 1744. de-
tè defunctâ tetigimus animi dotes, per totam vitam exſeruit, in ſcrutando tam publicè quàm pri-
modis ſedulò proſpiciens, ſed mundum & mundanas delicias ſemper faſtidiens, modeſtiæ in alia-
quòd non ſuis tantùm, ſed omnibus, quibus eam propiùs noſſe contigit, in deliciis eſſet, ne-
n reddidit, in cujus libro omnes dies noſtri, antequam eorum unus fuit, ſcripti ſunt. Etſi enim
s, ultimis tamen vitæ ſuæ annis, variis febrilibus motibus impetita, hísque ſuccus nutritius pede-
s lecto adfigeretur. Et licèt earum aliquot elapſis, ultimam eámque ſatis vegetam prolem feli-
nfeſtique motus non ſolùm vires recuperabant, ſed & jam in continuam hecticámque febrim
imaéque lypothymiæ accedentes, omnémque opem medicam eludentes, maximam de vitâ ejus
e exſerendæ fidei, ſpei atque fiduciæ campum nacta, & nec vitæ pertæſa nec mortem reformi-
oris incommodis, miris Chriſtianæ patientiæ, animíque piè obfirmati documentis. *Sic tan-*
s cum duobus menſibus & X. diebus, placidè exſpiravit, atque ut digniſſima Miniſtri Novi Fœ-
inſtitutis honeſtiſſimis exſequiis, tumulus in æde D. Ansgarii oſſa, ſub indubiâ melioris vitæ